



CAPVT III.

*Stibium, Hydrargyrum, Calcanthum, Sulphur, in-
trorsum quoq; accepisse antiquos.*

Rimum itaq; eorum subterra-
neorum nonnulla, quæ maius
periculum inuehere existimã-
tur, quale Stibium est, Hydrargyrum,
Calcanthum, Sulphur, ad antiquorum
disquisitionem vocabimus. ANTIMO-
NIVM, Hippocrati, vt obseruat Galenus,
τετράγωνον, non respuit Dioscorides, ma-
ioris deiectionis petendæ ergo. Εἰ μὲν δὲν
θελῆς, inquit, καὶ κοιλίαν καθαίρειν, διαπλάσιον
ἀλῶν μίξας καὶ σίμμεως, ὅσον χεῖρα, δι' ὕδατος
ὀροβιαῖα καὶ πότια διδῆς, id est, si in animo sit
deiectionem moliri, adiecto salis du-
plo, & stibij, quod colorare sufficiat, ex
aqua, erui magnitudine catapotia dato.
Hunc locum transcribit Ruellius, sum-
ptoq; medicamento, egelidæ cyathum
abforbendum præcipit. Ast iam de Dio-
scoride Galenus ingenuè pfitetur, om-
nium perfectissimè medicamentorum
conscripsisse materiam: quæq; vel her-
bis,

In Glosis.

Li. 4. c. 155

*Dioscoridis
auctoritas
non temerè
reijcienda*